Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·I° PARA

mea. Ipm enim elegit in filium in-
et ego ero ei in patrem. et firmabo reg
num eius usq; in eternum si perse
uerauit facere precepta mea. et iudicia
sicut et hodie. Nunc igitur coram
uniuerso cetu israel. authentice domino
deo nostro custodite et perquirite cuncta
mandata dei nostri ut possideatis ter
ram bonam et relinquatis eam filiis
uestris post uos usq; in sempiternum.
Tu autem salomon fili mi. serua deum
patris tui. et serui ei corde perfecto. et
animo uoluntario. Omnia enim
corda scrutatur dominus. et uniuer
sas mentium cogitationes intelligit.
Si quaeseris eum inuenies. si autem
dereliqueris illum. proiiciet te in finem.
Nunc igitur quia elegit te dominus
ut edificares domum sanctuarii. con
fortare et perfice. Dedit autem dauid
salomoni filio suo descriptionem
porticus. et templi. et cellariorum. et
naculi. et cubiculorum. in abdito. et
domus propitiationis. nec non et om
ne quod cogitauerat animo. et exedrae per
circuitum in thesauros domus
domini. et in thesauros sanctorum dedi
cationum sacerdotum et leuitarum in
omnia opera domus dei. et in uni
uersa uasa ministerii templi dei.
aurum in pondere per singula uasa
ministerii. argenti quoque pondere
per uasorum diuersitate et ad
candelabra aurea ad lucernas eorum
aurum per mensuram uniuscuiusque can
delabri. et lucernarum similiter. et in candela
bris argenteis. et in lucernis eorum per
diuersitatem mensure pondere argenti tra
didit. Aurum quoque dedit in mensas
propositionis per diuersitatem men
sure similiter et argenti in altaris mensas
argenteas. Ad fuscinulas carnes
et phialas et thuribula ex auro purissimo. et leuiculos aureos per ci
tatem mensure pondere distribuit in
leuiculis. et leuiculis similiter in
leones argenteos diuisum argen
pondere fecerunt. Altari quoque in ad
ad olendum incensum purissimum au
rum dedit. et ut exemplo fieret fili
ii eiusdem cherubim extendentium
alas et uelantium archam
fedis domini. Omnia mihi uene
runt scripta in manu dei ad me
ut intelligerem universa opera exem
plaris. Dixitque dauid salomoni
filio suo. Viriliter age et confortare.
fac ne timeas et ne pauceas. Dominus
enim deus meus tecum erit. et non
dimittet te. nec deficiet te. donec per
ficias omne opus ministerii domus
dei. Ecce diuisiones sacerdotum et
leuitarum in omne opus ministerii
domus domini assistent tibi. et pa
ti sunt. et nouerunt principes tam cu
ctis populis facere omnia precepta tua.

XXIX. Locutusque est dauid
rex ad omnem ecclesiam. Salomo
nem filium meum elegit
deus. adhuc puerum et tenellum. opus eum
grande est. non enim hominem parat
ur habitatio sed deo. Ego enim toto
uiribus meis preparauit impensas do
mui dei mei. aurum ad uasa aurea.
argentum in argentea. es in aenea. ferrum
in ferrea. lignum ad lignea. la
pides onichinos et stibinos et
diuersorum colorum omnem pretiosum la
pidem. et marmora parum habundan
tissime. et ligna quae obtulit in do
mo dei mei de peculio meo. aurum et
argentum do in templum dei mei. ex
ceptis hiis quae preparauit in edem
sanctam. tria milia talenta auri de au
ro ophir. et vii milia talentorum ar
genti purissimi. ad deaurandos
parietes templi. et ubique opus e
aurum de auro. et ceteroque opus e argen
tum. argenti opera fiant. per manus
artificum. et siquis sponte offert
impleat manum suam hodie. et of
ferat quae uolunt domino. Pollicitus est